[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 157

Quelle:
Copyright:

His, qui in libro vite in celis describi eorum nomina volunt. Explic. prologus: *Finis vero est Deus caritatis.* (rubr.) *Incipit sermo excitativus abbatis johannis ducis monachorum excitativi in monte sinai; quem et misit johanni duci raythi; dividitur capitulis XXX gradibus scale . . . qui ab humilioribus ad excelsiora sectantes sursum ducant propter quod et liber scala vocatur.* (rubr.) *De abrenuntiatione terrenorum et vane vite abdicatione et abnegatione vanitatis. Gradus primus.* Incip.: *Bono et superbono et toto Deo ac rege nostro.* Explic.: *Et erat et erit per infinita secula. Amen.* In fine: (rubr.) *Finis tricesimi gradus celestis hujus intellectualis scale Johannis Scolastici, Abbatis montis synai a libro cognominati climaci. Climax graece latine dicitur scala; hinc liber appellatur climacus i. e. scalaris. Anno domini 1456 feria quinta ante Margarete, virginis et martyris.*

8. f. 305ᵃ—309ᵃ. Johannis, scholastici, (rubr.) Sermo ad pastorem. Laus Deo et beate virgini Marie et filio ejus et spiritui sancto. Incip.: *In inferiori quidem libro o. admirabilis ego te omni in gradu scale novissimum posui.* Explic.: *Et perfectionem sui ipsius beata ferens. Anno domini 1456 feria tertia post Magarete virginis et martyris.*

9. f. 309ᵃ—310ᵃ. (Rubr.) Joannis, Raythi abbatis, commendatio Joannis Climaci et sermonis ejus, in qua fere totum sermonem justitie commendicando scribentem exponit brevissime. Incip.: *Qualem utique descripsisti.* Explic.: *Consummatori bonorum. Deo gratias agamus. Anno 1456.* In fine: (rubr.) *Explicit laus et commendatio Johannis climaci et sermonis hujus libri.*

10. f. 310ᵃ—312ᵃ. Danielis, monachi Raythensis, vita Joannis, abbatis montis synai. (rubr.) Vita sub compendio s. Johannis, abbatis s. montis sinay dicti scolastici, qui scripsit has speciales tabulas, vitam sanctam, scalam, editam a Daniele, humili monacho raithy. Incip.: *Que nempe, ut si loquar, auditu digna civitas fuit.* Explic.: *Interius vero contemplativa continentes documenta. Deo gratias.* In fine: (rubr.) *Explicit vita s. Johannis Climaci a Davide, humili monacho Raythi, scripta et abbreviata.*

11. f. 312ᵃ—313ᵃ. (Rubr.) S. patris Joannis Chrysostomi Epistola, missa a Cucuso Cicilie (lege Cilicie) ad Chiriacum, episcopum, qui erat de dampnatis in exilio cum eo. Incip.: *Age jam iter.* Explic.: *Habebit in Deo caritatem. Deo gratias.*

12. f. 313ᵇ—315ᵃ. (Rubr.) S. Maximi, monachi, auctoritates excerpte de expositione, quam fecit quorundam verborum Gregorii Theologi. Incip.: *Non fieret salva omnis caro id est omnis de Deo pius cultus et intentio.* Explic.: *Concupiscentie autem gustus et vite tractus. Sit laus Deo.* In fine: (rubr.) *Anno domini 1456 finite sunt iste auctoritates sancti Maximi monachi proxima feria secunda ante festum sancte Marie Magdalene. Deo gratias.*